clamatus adoleſcens vivere poſſe negabatur. Ac ſane agebat animam, cùm triduo poſt ad Gallorum domicilia pervenit, fractus itinere ac morbo. Patrum tamen arte ac ſtudio, & ſcilicet Dei benignitate, recreatus eſt; nec ipſe tantum in fide catholica confirmatus, ſed ejus capeſſendæ deſiderio complures inflammati.

Incidit aliquanto poſt in morbum pater adoleſcentis, & ad nos ſimiliter deferri voluit, ubi noſtrum in tugurium, atque adeo in unius è Patribus lectum acceptus, piè vitam clauſit; quodque barbaris novum accidit ac moleſtum, illatus eſt in commune Chriſtianæ plebi ſepulcrum: nam ipſi a ſepulcris majorum ægerrime divelluntur. Curatum funus illuſtri, ut rerum ferebant anguſtiæ, pompa. Nec